

# Anzeigebblatt

## für die Erzdiözese Freiburg.

Nr. 24.

Mittwoch, den 4. November

1903.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

DIVINA PROVIDENTIA

PII PAPAE X

EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS

ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS

PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

Venerabiles Fratres!

Salutem et Apostolicam Benedictionem!

**E**supremi apostolatus cathedra, ad quam, consilio Dei inscrutabili, eveci fuimus, vobis primum eloquenturos, nihil attinet commemorare quibus Nos lacrymis magnisque precibus formidolosum hoc Pontificatus onus depellere a Nobis conati simus. Videmur equidem Nobis, etsi omnino meritis impares, convertere in rem Nostram posse quae Anselmus, vir sanctissimus, querebatur quum, adversans et repugnans, coactus est honorem episcopatus suscipere. Etenim quae ille moeroris indicia pro se afferebat, eadem et Nobis proferre licet, ut ostendamus quo animo, qua voluntate Christi gregis pascendi gravissimum officii munus exceperimus. *Testantur, sic ille<sup>1)</sup>, lacrymae meae et voces et rugitus a gemitu cordis mei, quales nunquam de me, ullo dolore, memini exiisse ante diem illam, in qua sors illa gravis archiepiscopatus Cantuariæ visa est super me cecidisse. Quod ignorare nequiverunt illi qui, ea die, vultum meum inspexerunt....*

Ehrwürdige Brüder!

Gruß und Apostolischen Segen!

**I**ndem Wir von dem Apostolischen Stuhle, auf welchen Wir durch Gottes unerforschlichen Rathschluß erhoben worden sind, das erste Mal zu euch reden, bedarf es wohl nicht der Erwähnung, wie Wir mit Tränen und inständigen Bitten die verantwortungsvolle Bürde des Pontificates von Uns abzuwenden bemüht waren. Wenngleich an Verdiensten ihm völlig ungleich, glauben Wir doch auf Uns die Klage Worte anwenden zu können, welche der hl. Anselmus aussprach, als er wider seinen Willen genötigt wurde, die bischöfliche Würde anzunehmen. Denn dieselben Aeußerungen des Schmerzes, die er für sich anführt, können auch Wir für Uns geltend machen, um zu zeigen, in welcher Stimmung und mit welcher Gesinnung Wir das schwerste aller Aemter, die Leitung der Herde Christi, übernommen haben. „Zeugen sind mir,“ so sagt jener Heilige<sup>1)</sup>, „meine Tränen und die lauten Seufzer, die aus dem Innersten meines Herzens aufsteigen, wie sie meines Wissens niemals

<sup>1)</sup> Epp. l. III., ep. 1.

*Ego magis mortuo quam viventi colore similis, stupore et dolore pallebam. Huic autem de me electioni, imo violentiae, hactenus, quantum potui, servata veritate, reluctatus sum. Sed iam, velim nolim, cogor fateri quia quotidie iudicia Dei magis ac magis conatui meo resistunt, ut nullo modo videam me ea posse fugere. Unde iam, non tam hominum quam Dei, contra quam non est prudentia, victus violentia, hoc solo intelligo me uti debere consilio, ut, postquam oravi quantum potui, et conatus sum ut, si possibile esset, calix iste transiret a me ne biberem illum . . . meum sensum et voluntatem postponens, me sensui et voluntati Dei penitus committam.*

Nec plane repugnandi causae, multae et maximae, defuerunt Nobis. Praeterquam enim quod honore pontificatus, ob tenuitatem Nostram, nullo pacto Nos dignaremur; quem non moveret ei se successorem designari, qui, cum ecclesiam sex fere ac viginti annos sapientissime rexisset, tanta valuit alacritate ingenii, tanto virtutum omnium splendore, ut vel adversarios in sui admirationem traduxerit et memoriam sui nominis factis praeclarissimis consecrarit? — Dein, ut praetereamus cetera, terrebat Nos, quam quod maxime, ea quae modo est humani generis conditio afflictissima. Quem enim lateat, consociationem hominum gravissimo nunc, supra praeteritas aetates, atque intimo urgeri morbo; qui in dies ingravescens eamque penitus exedens ad exitium rapit? Morbus qui sit, intelligitis, Venerabiles Fratres; defectio abscessioque a Deo: quo nihil profecto cum pernicie coniunctius, secundum Prophetam dictum<sup>1)</sup>: *Quia ecce, qui elongant se a te, peribunt.* Tanto igitur malo, pro pontificali munere quod demandabatur, occurrendum esse Nobis videbamus; arbitrabamur enim Dei iussum ad Nos pertinere: *Ecce constitui te hodie super gentes et super regna, ut evellas et destruas, et aedifices et plantes<sup>2)</sup>*; verum conscii Nobis infirmitatis Nostrae, negotium, quod nihil simul haberet morae et difficultatis plurimum, suscipere verebamus.

Attamen, quoniam numini divino placuit humilitatem Nostram ad hanc amplitudinem potestatis provehere; erigimus animum *in eo qui Nos confortat*, Deique virtute freti manum operi admoventes, in gerendo pontificatu hoc unum declaramus propositum esse Nobis *instaurare omnia in Christo<sup>3)</sup>*, ut videlicet sit *omnia et in omnibus Christus<sup>4)</sup>*. — Erunt profecto qui, divina humanis me-

ein Schmerz mir ausgepreßt hat vor jenem Tage, wo das schwere Los eines Erzbischofs von Canterbury sich auf mich herabzulenkten schien. Das wissen recht wohl diejenigen, welche damals mir ins Antlitz geschaut haben. . . . Ich glich mehr einem Toten als einem Lebenden, vor Schrecken und Schmerz wurde ich bleich. Bisheran habe ich dieser Wahl, oder besser dieser Nötigung, soviel ich ohne Verletzung der Wahrheit vermochte, widerstrebt. Aber ich muß gestehen, von Tag zu Tag treten mehr und mehr meinem Bestreben die Ratschlüsse Gottes in den Weg, so daß ich ihnen nicht mehr zu entrinnen weiß. Ich bin überwunden nicht sowohl durch menschliche, als vielmehr durch göttliche Gewalt, gegen welche alles Widerstreben ohnmächtig ist, und so bleibt mir nichts anderes, als daß ich, nachdem ich nach Kräften gebetet und diesen Kelch womöglich von mir abzulenken versucht habe, nunmehr mein Urteil und meinen Willen hintansetze und dem Urteile und dem Willen Gottes mich ganz und gar überlasse.“

Und wahrlich, Wir hatten viele und wichtige Gründe, Uns gegen die päpstliche Würde zu sträuben. Denn, abgesehen davon, daß Wir Uns der Ehre des Pontifikates wegen Unserer Armseligkeit ganz und gar für unwürdig erachteten: wer sollte sich nicht tief ergriffen fühlen, wenn er zum Nachfolger dessen bezeichnet wird, der die Kirche fast 26 Jahre mit hoher Weisheit regiert hat, und der eine Regsamkeit des Geistes, einen Glanz der Tugenden besaß, daß er selbst seine Gegner zur Bewunderung hinriß und das Andenken seines Namens durch die herrlichsten Taten unvergänglich gemacht hat? — Um anderes zu übergehen, schreckte Uns am meisten die höchst betrübende Lage der menschlichen Gesellschaft in der Gegenwart. Denn wem sollte es verborgen sein, daß die Welt mehr als je zuvor an einer schweren, tiefinneren Krankheit leidet, die von Tag zu Tag wächst, sie gänzlich zerrüttet und dem Verderben zuführt? Ihr wisset, Ehrwürdige Brüder, welche Krankheit Wir meinen: den Abfall von Gott, der unzweifelhaft zum Verderben führt gemäß dem Worte des Propheten: „Denn siehe, die sich von dir entfernen, kommen um.“<sup>1)</sup> Wir sahen also, daß Wir einem solchen Uebel in dem päpstlichen Amte entgegenarbeiten müßten, Wir glaubten den Befehl Gottes zu vernehmen: „Siehe, ich bestelle Dich heute über die Völker und über die Reiche, um auszureißen und zu zerstören, aufzubauen und zu pflanzen.“<sup>2)</sup> Aber Unserer Unzulänglichkeit Uns bewußt, scheuten Wir eine Aufgabe zu übernehmen, die keinen Aufschub duldet und zugleich voll von Schwierigkeiten ist.

Da es indessen der göttlichen Vorsehung gefallen hat, Uns zur päpstlichen Würde zu erheben, fassen Wir Mut „in dem, der Uns stärkt“, und im Vertrauen auf die Kraft Gottes die Hand ans Werk legend, erklären Wir, daß es in der Leitung der Kirche Unser einziges Bestreben sein wird, „alles zu erneuern in Christo“,<sup>3)</sup> damit „alles und in allen Christus sei“. <sup>4)</sup> Sicherlich wird es nicht an solchen

<sup>1)</sup> Ps. LXXII, 27.

<sup>2)</sup> Jerem. I, 10.

<sup>3)</sup> Ephes. I, 10.

<sup>4)</sup> Coloss. III, 11.

tientes, quae Nostra sit animi mens rimari nitantur atque ad terrenos usus partiumque studia detorquere. His ut inanem spem praecidamus, omni asseveratione affirmamus nihil velle Nos esse, nihil, opitulante Deo, apud consociationem hominum futuros, nisi Dei, cuius utimur auctoritate, ministros. Rationes Dei rationes Nostrae sunt; pro quibus vires omnes vitamque ipsam devovere decretum est. Unde si qui symbolum a Nobis expetant, quod voluntatem animi patefaciat; hoc unum dabimus semper: *Instaurare omnia in Christo!*

Quo quidem in praeclaro opere suscipiendo gruendoque illud Nobis, Venerabiles Fratres, alacritatem affert summam, quod certum habemus fore vos omnes strenuos ad perficiendam rem adiutores. Id enim si dubitemus, ignaros vos, non sane iure, aut negligentes putaverimus nefarii illius belli, quod nunc, ferme ubique, commotum est atque alitur adversus Deum. Vere namque in Auctorem suum fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania<sup>1)</sup>; ut communis fere ea vox sit adversantium Deo: *Recede a nobis*<sup>2)</sup>. Hinc extincta omnino in plerisque aeterni Dei reverentia, nullaque habita in consuetudine vitae, publice ac privatim, supremi eius numinis ratio: quin totis nervis contenditur omnique artificio, ut vel ipsa recordatio Dei atque notio intereat penitus.

Haec profecto qui reputet, is plane metuat necesse est ne malorum, quae supremo tempore sunt expectanda, sit perversitas haec animorum libamentum quoddam ac veluti exordium; neve *filius perditionis*, de quo Apostolus loquitur<sup>3)</sup>, iam in hisce terris versetur. Tanta scilicet audacia, eo furore religionis pietas ubique impetitur, revelatae fidei documenta oppugnantur, quaeque homini cum Deo officia intercedunt tollere delere prorsus praefracte contenditur! E contra, quae, secundum Apostolum eundem, propria est *Antichristi* nota, homo ipse, temeritate summa, in Dei locum invasit, extollens se *supra omne quod dicitur Deus*; usque adeo ut, quamvis Dei notitiam extinguere penitus in se nequeat, Eius tamen maiestate reiecta, aspectabilem hunc mundum sibi ipse veluti templum dedicaverit a ceteris adorandus. *In templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus*<sup>4)</sup>.

Enimvero hoc adversus Deum mortalium certamen qua sorte pugnetur nullus est sanae mentis qui ambigat. Datur quidem homini, libertate sua abutenti, rerum omnium Conditoris ius atque numen violare; veruntamen

fehlen, die das Göttliche nach menschlichem Maßstabe messend, unsere Gesinnungen auszuforschen und mit irdischen Zielen und Parteibestrebungen in Verbindung zu bringen suchen. Um diesen ihre nichtige Hoffnung abzuschneiden, erklären Wir mit aller Bestimmtheit, daß Wir nichts sein wollen und mit Gottes Hülfe vor der menschlichen Gesellschaft nichts sein werden, als ein Diener des Gottes, von dem Wir Unsere Gewalt empfangen haben. Die Sache Gottes ist Unsere Sache; für sie alle Unsere Kräfte und selbst das Leben einzusetzen, das ist Unser Entschluß. Wenn man also von uns ein Wort verlangt, das Unsere Absichten kund tut, so wird es immer dasselbe sein: „Alles erneuern in Christo.“

Indem Wir nun diese herrliche Aufgabe in Angriff nehmen, ermutigt Uns, Ehrwürdige Brüder, die Ueberzeugung, daß ihr alle eifrige Mitarbeiter bei ihrer Lösung sein werdet. Wollten Wir dieses bezweifeln, so müßten Wir ja annehmen, ihr könntet nicht oder ihr nähmet zu leicht den frevelhaften Kampf, der in der Gegenwart fast überall gegen Gott entbrannt ist und fortwährend geschürt wird. Ja wahrhaftig, gegen ihren Schöpfer „toben die Heiden und sinnen die Völker Eitles,“<sup>1)</sup> so daß fast überall jener Ruf der Widersacher Gottes ertönt: „Weiche von uns.“<sup>2)</sup> Daher ist bei vielen die Ehrfurcht vor dem ewigen Gotte gänzlich erloschen und wird im öffentlichen wie im privaten Leben auf seine Autorität keine Rücksicht genommen; im Gegenteil, mit aller Kraft und allen Mitteln wird dahin gearbeitet, daß jeglicher Gedanke an Gott und alle Gotteserkenntnis ausgerottet werde.

Wer das erwägt, kann sich der Befürchtung nicht verschließen, daß dieses gottlose Treiben gewissermaßen der Vorgeschmack und der Anfang der Drangsale sei, welche am Ende der Zeiten zu erwarten sind, und daß „der Sohn des Verderbens,“ von dem der Apostel redet<sup>3)</sup>, schon auf dieser Erde weile. Denn mit solcher Kühnheit, mit solcher Heftigkeit wird überall die Heiligkeit der Religion angegriffen, werden die geoffenbarten Glaubenswahrheiten bekämpft und bemüht man sich, alle Beziehungen des Menschen zu Gott gänzlich zu zerreißen und zu zerstören. Andererseits hat sich der Mensch — und das ist nach der Lehre desselben Apostels das eigentümliche Merkmal des Antichrists — in höchster Berwegenheit an die Stelle Gottes gesetzt und sich erhoben „über alles, was Gott genannt wird.“ Soweit ist er gegangen, daß er, ob schon er den Gedanken an Gott nicht völlig in seinem Herzen ersticken kann, dennoch die göttliche Majestät von sich weist, diese sichtbare Welt sich gleichsam zum Tempel weihet, und von den anderen sich anbeten läßt. „Im Tempel Gottes sitzt er und stellt sich zur Schau, als wäre er Gott.“<sup>4)</sup>

Wie dieser Kampf der Menschen gegen Gott enden werde, weiß jeder, der vernünftig denkt. Es kann zwar der Mensch seine Freiheit mißbrauchen und die Rechte und die Autorität seines Schöpfers verletzen; aber der Sieg ist

<sup>1)</sup> Ps. II, 1.

<sup>2)</sup> Iob. XXI, 14.

<sup>3)</sup> II Thess. II, 3.

<sup>4)</sup> II Thess. II, 2.

victoria a Deo semper stat: quin etiam tum propior clades imminet, quum homo, in spe triumphi, insurgit audentior. Haec ipse Deus nos admonet in Scripturis sanctis. *Dissimulat scilicet peccata hominum*<sup>1)</sup>, suae veluti potentiae ac maiestatis immemor: mox vero, post adumbratos recessus, *excitatus tamquam potens crapulatus a vino*<sup>2)</sup>, *confringet capita inimicorum suorum*<sup>3)</sup>; ut norint omnes *quoniam rex omnis terrae Deus*<sup>4)</sup>, *et sciant gentes quoniam homines sunt*<sup>5)</sup>.

Haec quidem, Venerabiles Fratres, fide certa tenemus et expectamus. Attamen non ea impediunt quominus, pro nostra quisque parte, Dei opus maturandum nos etiam curemus: idque, non solum efflagitando assidue: *Exsurge, Domine, non confortetur homo*<sup>6)</sup>; verum, quod plus interest, re et verbo, luce palam, supremum in homines ac naturas ceteras Dei dominatum adserendo vindicandoque, ut Eius imperandi ius ac potestas sancte colatur ab omnibus et observetur. — Quod plane non modo officium postulat a natura profectum, verum etiam communis utilitas nostri generis. Quorumnam etenim, Venerabiles Fratres, animos non conficiat trepidatio ac moeror, quum homines videant, partem maximam, dum quidem humanitatis progressus haud immerito extolluntur, ita digladiari atrociter inter se, ut fere sit omnium in omnes pugna? Cupiditas pacis omnium profecto pectora attingit, eamque nemo est qui non invocet vehementer. Pax tamen, reiecto Numine, absurde quaeritur: unde namque abest Deus, iustitia exsulat; sublataque iustitia, frustra in spem pacis venit. *Opus iustitiae pax*<sup>7)</sup>. — Novimus equidem non paucos esse, qui studio pacis ducti, *tranquillitatis nempe ordinis*, in coetus factionesque coalescunt, quae ab *ordine* nominant. Proh tamen spes curasque inanes! Partes *ordinis*, quae pacem afferre turbatis rebus reapse queant, unae sunt: partes faventium Deo. Has igitur promovere necesse est, ad easque quo licebit plures adducere, si securitatis amore incitamus.

Verum haec ipsa, Venerabiles Fratres, humanarum gentium ad maiestatem Dei imperiumque revocatio, quantumvis licet conemur, numquam nisi per Iesum Christum eveniet. Monet enim Apostolus: *Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus*<sup>8)</sup>. Scilicet unus ipse est, quem Pater sanctificavit et misit in mundum<sup>9)</sup>; *splendor Patris et figura substantiae eius*<sup>10)</sup>, Deus verus verusque homo: sine quo, Deum, ut oportet, agnoscere nemo possit; nam *neque Patrem quis novit nisi Filius, et cui voluerit Filius*

immer auf seiten Gottes, und desto näher steht die Niederlage bevor, je kühner der Mensch in eitler Siegeshoffnung sich gebärdet. Das lehrt uns Gott selber in der heiligen Schrift. „Er übersieht die Sünden der Menschen“<sup>1)</sup>, als wäre er seiner Macht und Majestät uneingedenk; bald aber nach scheinbarem Zurückweichen „erhebt er sich wie ein kampfesmutiger Held“<sup>2)</sup>, „zerstört die Häupter seiner Feinde“<sup>3)</sup>, damit alle erkennen, „daß Gott der König über die ganze Erde ist“<sup>4)</sup> und „damit die Völker erkennen, daß sie Menschen sind.“<sup>5)</sup>

Dieses, Ehrwürdige Brüder, glauben und erwarten Wir mit Zuversicht. Aber das hindert nicht, daß auch Wir, ein jeder seinen Verhältnissen entsprechend, das Werk Gottes beschleunigen helfen, und zwar nicht bloß, indem wir ohne Unterlaß beten: „Erhebe dich, o Herr, es überhebe sich nicht der Mensch“<sup>6)</sup>, sondern auch, was viel wichtiger ist, indem wir durch Wort und Tat die unbefchränkte Gewalt Gottes über die Menschen und die gesamte Schöpfung offen vor aller Welt bekennen und verteidigen, auf daß sein Herrscherrecht und seine Gewalt heiliggehalten und von allen anerkannt werde. — Das verlangt nicht allein die von Natur uns obliegende Pflicht, sondern auch der gemeinsame Vorteil des Menschengeschlechtes. Denn wen muß nicht, Ehrwürdige Brüder, Angst und Trauer erfassen, wenn er sieht, wie die Menschen zum größten Teile einerseits sich zwar des Fortschrittes der Kultur nicht mit Unrecht rühmen, andererseits aber derart sich einander bekämpfen, daß man glauben möchte, es sei ein Krieg aller gegen alle entbrannt? Das Verlangen nach Frieden erfüllt zwar jede Brust, und alle sehnen ihn inbrünstig herbei. Ohne Gott wird aber der Friede vergeblich gesucht; denn wo kein Gott ist, da keine Gerechtigkeit, und wo keine Gerechtigkeit, da keine Hoffnung auf Frieden. „Das Werk der Gerechtigkeit ist Friede.“<sup>7)</sup> — Bekanntlich haben nicht wenige, geleitet vom Verlangen nach Frieden, der da ist die „Ruhe der Ordnung“, sich zu Parteien vereinigt, welche man Ordnungsparteien nennt. Aber ihre Hoffnungen und Arbeiten sind vergeblich. Nur eine Ordnungspartei gibt es, welche in die gestörten Verhältnisse Ruhe zu bringen vermag: die Partei der Anhänger Gottes. Diese also muß gefördert, ihr müssen möglichst viel Mitglieder zugeführt werden, wenn es uns ernst ist mit dem Verlangen nach Ruhe und Ordnung.

Wie sehr Wir jedoch, Ehrwürdige Brüder, die Rückkehr der Menschen unter die Majestät und die Herrschaft Gottes erstreben, niemals wird sie gelingen ohne Jesus Christus. Denn also mahnt der Apostel: „Ein anderes Fundament kann niemand legen, als dasjenige, welches gelegt ist, nämlich Jesus Christus“<sup>8)</sup>. Er allein ist es, „den der Vater geheiligt und in die Welt gesandt hat“<sup>9)</sup>, „der Abglanz des Vaters und das Ebenbild seines Wesens“<sup>10)</sup> wahrer Gott und wahrer Mensch, ohne den niemand Gott in gebührender Weise erkennen kann, da ja „den Vater

<sup>1)</sup> Sap. XI, 24.

<sup>2)</sup> Ps. LXXVII, 65.

<sup>3)</sup> Ps. LXVII, 22.

<sup>4)</sup> Ib. XLVI, 8.

<sup>5)</sup> Ib. IX, 20.

<sup>6)</sup> Ps. IX, 19.

<sup>7)</sup> Is. XXXII, 17.

<sup>8)</sup> I Cor. III, 11.

<sup>9)</sup> Io. X, 36.

<sup>10)</sup> Hebr. I, 3.

*revelare*<sup>1)</sup>. — Ex quo consequitur, ut idem omnino sit *instaurare omnia in Christo* atque „homines ad Dei obtemperacionem reducere. Huc igitur curas intendamus oportet, ut genus hominum in Christi dictionem redigamus: eo praestito, iam ad ipsum Deum remigraverit. Ad Deum inquam, non socordem illum atque humana negligentem, quem *materialistarum* deliramenta effinxerunt; sed Deum vivum ac verum, unum natura personis trinum, auctorem mundi, omnia sapientissime providentem, iustissimum denique legis latorem, qui sontes plectat, proemia proposita virtutibus habeat.

Porro qua iter nobis ad Christum pateat, ante oculos est: per Ecclesiam videlicet. Quamobrem iure Chrysostomus: *Spes tua Ecclesia, salus tua Ecclesia, refugium tuum Ecclesia*<sup>2)</sup>. In id namque illam condidit Christus, quaesitam sui sanguinis pretio; eique doctrinam suam ac suarum praecepta legum commendavit, amplissima simul impertiens divinae gratiae munera ad sanctitatem ac salutem hominum.

Videtis igitur, Venerabiles Fratres, quale demum Nobis vobisque pariter officium sit demandatum: ut consociationem hominum, a Christi sapientia aberrantem, ad Ecclesiae disciplinam revocemus; Ecclesia vero Christo subdet, Christus autem Deo. Quod si, Deo ipso favente, perficiemus, iniquitatem cessisse aequitati gratulabimur, audiemusque feliciter *vocem magnam de coelo dicentem: Nunc facta est salus et virtus et regnum Dei nostri et potestas Christi eius*<sup>3)</sup>. — Hic tamen ut optatis respondeat exitus, omni ope et opera eniti opus est ut scelus illud immane ac detestabile, aetatis huius proprium, penitus eradamus, quo se nempe homo pro Deo substituit: tum vero leges Evangelii sanctissimae ac consilia in veterem dignitatem vindicanda; adserendae altius veritates ab Ecclesia traditae, quaeque eiusdem sunt documenta de sanctitate coniugii, de educatione doctrinaeque puerili, de bonorum possessione atque usu, de officiis in eos qui publicam rem administrant; aequilibratas demum inter varios civitatis ordines christiano instituto ac more restituenda. — Nos profecto haec Nobis, Dei nutui obsequentes, in pontificatu prosequenda proponimus, ac pro virili parte prosequemur. Vestrum autem erit, Venerabiles Fratres, sanctitate, scientia, agendorum usu, studio cum primis divinae gloriae, industriis Nostris obsecundare; nihil aliud spectantes praeterquam ut in omnibus *formetur Christus*<sup>4)</sup>.

feiner kennt, als der Sohn und wem der Sohn es offenbaren will.“<sup>1)</sup> — Hieraus erfolgt, daß es ganz dasselbe ist, „alles erneuern in Christo“ und die Menschen zum Gehorsam gegen Gott zurückzuführen. Darauf also müssen wir unsere Sorge richten, daß wir das Menschengeschlecht der Herrschaft Christi untertänig machen; ist das erreicht, dann ist es schon zu Gott selber zurückgekehrt. Zu Gott, sagen Wir, nicht zu jenem untätigen, um die Menschen unbekümmerten Gott, den die Materialisten erfunden haben, sondern zu dem lebendigen und wahren Gott, einfach in der Natur und dreifach in den Personen, dem Schöpfer der Welt, der alles in seiner Weisheit leitet, dem gerechten Gesetzgeber, der die Schuldigen straft und die Tugend belohnt.

Welcher Weg zu Christus führt, ist klar: er geht durch die Kirche. Mit Recht sagt daher der heilige Chrysostomus: „Deine Hoffnung ist die Kirche, dein Heil die Kirche, deine Zuflucht die Kirche.“<sup>2)</sup> Denn dazu hat Christus sie gegründet, nachdem er sie erkauft um den Preis seines Blutes. Ihr hat er seine Lehre und seine Gebote anvertraut, indem er zugleich den reichen Schatz der göttlichen Gnade zur Heiligung und Rettung der Menschen in ihr niederlegte.

Ihr sehet also, Ehrwürdige Brüder, welches die Uns und euch in gleicher Weise obliegende Aufgabe ist: Wir müssen die menschliche Gesellschaft, die von den Lehren Christi abgeirrt ist, unter die Leitung der Kirche zurückführen. Die Kirche wird sie dann Christus dem Herrn, Christus aber Gott selber untertänig machen. Gelingt uns dieses durch die Gnade Gottes, dann können wir uns Glück wünschen, daß die Bosheit von der Tugend überwunden ist, und dann werden wir zu unserer Freude vernehmen „eine starke Stimme, die vom Himmel ruft: Jetzt ist das Heil und die Kraft und das Reich unserem Gott und die Macht seinem Gesalbten geworden.“<sup>3)</sup> — Um aber dieses Ziel zu erreichen, müssen wir mit aller Kraft darnach streben, daß jener große und verabscheuungswürdige Frevel, der unserer Zeit eigentümlich ist, daß sich nämlich der Mensch an Stelle Gottes setzt, gänzlich ausgerottet werde; sodann müssen die Gebote und Räte des Evangeliums in ihre frühere Würde wieder eingesetzt und die Lehren der Kirche mit großem Nachdruck eingeschärft werden, namentlich ihre Lehren über die Heiligkeit der Ehe, die Erziehung und den Unterricht der Jugend, den Besitz und den Gebrauch der irdischen Güter, die Pflichten gegen die Obrigkeit; endlich ist wieder das Gleichgewicht herzustellen zwischen den einzelnen Ständen gemäß christlicher Auffassung und Praxis. — Wir haben, dem Willen Gottes gehorchend, für Unser Pontifikat Uns diese Aufgaben gestellt und werden sie nach Kräften zu lösen suchen. Eure Sache, Ehrwürdige Brüder, wird es sein, durch Heiligkeit, Wissenschaft, Tatkraft und Eifer für die Ehre Gottes Unsere Bestrebungen zu unterstützen, nichts anderes ins Auge fassend, als daß in allen „Christus gestaltet werde.“<sup>4)</sup>

<sup>1)</sup> Matth. XI, 27.

<sup>2)</sup> Hom. de capto Eutropio, n. 6.

<sup>3)</sup> Apoc. XII, 10.

<sup>4)</sup> Gal. IV, 9.

Iam quibus ad rem tantam utamur adiumentis, vix dicere oportet; sunt enim de medio sumpta. — Curarum haec prima sunt, ut Christum formemus in iis, qui formando in ceteris Christo officio muneris destinantur. Ad sacerdotes mens spectat, Venerabiles Fratres. Sacris namque quotquot initiati sunt, eam in populis, quibuscum versantur, provinciam sibi datam norint, quam Paulus suscepisse testatus est amantissimis iis verbis: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis*<sup>1)</sup>. Qui tamen explere munus queant, nisi priores ipsi Christum induerint? atque ita induerint, ut illud Apostoli eiusdem usurpare possint: *Vivo ego, iam non ego, vivit vero in me Christus*<sup>2)</sup>. *Mihi vivere Christus est*<sup>3)</sup>. Quamobrem, etsi ad fideles omnes pertinet hortatio *ut occurramus in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi*<sup>4)</sup>; praecipue tamen ad illum spectat qui sacerdotio fungitur; qui idcirco dicitur *alter Christus*, non una sane potestatis communicatione sed etiam imitatione factorum, qua expressam in se Christi imaginem praeferat.

Quae cum ita sint, quae vobis quantaque, Venerabiles Fratres, ponenda cura est in clero ad sanctitatem omnem formando! huic, quaecumque obveniant, negotia cedere necesse est. Quamobrem pars potior diligentiarum vestrarum sit de seminariis sacris rite ordinandis moderandisque, ut pariter integritate doctrinae et morum sanctitate floeant. Seminarium cordis quisque vestri delicias habetote, nihil plane ad eius utilitatem omittentes, quod est a Tridentina Synodo providentissime constitutum. — Quum vero ad hoc ventum erit ut candidati sacris initiari debeant, ne quaeso excidat animo quod Paulus Timotheo perscripsit: *Nemini cito manus imposueris*<sup>5)</sup>; illud attentissime reputando, tales plerumque fideles futuros, quales fuerint quos sacerdotio destinabitis. Quare ad privatam quancumque utilitatem respectum ne habetote; sed unice spectetis Deum et Ecclesiam et sempiterna animorum commoda, ne videlicet, uti Apostolus praecavet, *communicetis peccatis alienis*<sup>6)</sup>. — Porro sacerdotes initiati recens atque e seminario digressi industrias vestras ne desiderent. Eos, ex animo hortamur, pectori vestro, quod coelesti igne calere oportet, admoveate saepius, incendite, inflammate ut uni Deo et lucris animorum inhient. Nos equidem, Venerabiles Fratres, diligentissime providebimus ne homines sacri cleri ex insidiis capiantur novae cuiusdam ac fallacis scientiae, quae Christum non redolet, quaeque, fucatis astutisque argumentis, *rationalismi* aut *semirationalismi* errores invehere nititur; quos ut caveret iam Apostolus Timotheum monebat, scribens: *Depositum custodi, devitans profanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes, circa fidem excide-*

Wir brauchen kaum zu sagen, mit welchen Mitteln wir unser hohes Ziel zu erstreben haben; sie sind allbekannt. Unsere erste Sorge muß es sein, daß wir Christus in denen gestalten, welche bestimmt sind, ihn in anderen zu gestalten. Wir meinen die Priester. Alle, welche die heiligen Weihen empfangen haben, sollen wissen, daß sie gegenüber dem ihnen anvertrauten Volke dieselbe Aufgabe haben, die der heilige Paulus hatte und mit den liebevollen Worten bezeichnet: „O meine Kinder, die ich neu gebäre, bis Christus in euch gestaltet wird.“<sup>1)</sup> Wie aber können sie ihr Amt ausüben, wenn sie nicht zuvor Christus selber angezogen, und zwar so angezogen haben, daß sie die Worte desselben Apostels auf sich anwenden können: „Ich lebe, doch nicht mehr ich, sondern es lebt in mir Christus.“<sup>2)</sup> „Für mich ist Christus das Leben.“<sup>3)</sup> Wenn daher auch an die Gläubigen insgesamt die Mahnung gerichtet ist, „daß wir alle hingelangen sollen zur vollen Mannesreife, zum Altersmaße der Fülle Christi,“<sup>4)</sup> so gilt sie doch vorzugsweise für den Priester. Darum wird er auch „der zweite Christus“ genannt, nicht bloß wegen der ihm mitgetheilten Gewalt, sondern auch wegen der Nachfolge Christi, durch welche er dessen Bild in sich zum Ausdruck bringen soll.

Wie groß muß deshalb, Ehrwürdige Brüder, unsere Sorge sein, damit der Klerus zu einem vollkommenen Lebenswandel herangebildet werde! Vor dieser Sorge müssen alle anderen Obliegenheiten zurücktreten. Erblicket darum eure wichtigste Aufgabe in der vorchriftsmäßigen Einrichtung und Leitung der Seminare, damit dieselben durch Reinheit der Lehre sowie durch Heiligkeit der Sitten blühen. Das Seminar sei eure Herzensfreude, unterlasset nichts von dem, was der Kirchenrat von Trient zum Nutzen der Seminare mit so vieler Weisheit angeordnet hat. — Ist die Zeit gekommen, wo die Kandidaten zur Weihe zugelassen werden sollen, so vergeßet doch nicht die Worte des heiligen Paulus an Timotheus: „Lege niemanden allzu schnell die Hände auf,“<sup>5)</sup> und haltet es stets im Auge, daß die Gläubigen meistens so sein werden wie diejenigen, welche ihr zu Priestern weiht. Darum laßet jede Rücksicht außer acht und schauet einzig auf Gott und die Kirche und das ewige Heil der Seelen, damit ihr nicht, wovor der Apostel warnt, „fremder Sünden euch schuldig machet“<sup>6)</sup>. — Die neugeweihten und aus dem Seminar entlassenen Priester sollen eure Hirtenpflege nicht entbehren. Laßet sie oft, Wir mahnen dringend dazu, eurem Herzen nahen, das von himmlischem Feuer brennt; entzündet sie, entflammet sie, daß sie dürsten nach der Ehre Gottes und dem Heile der Seelen. Wir selbst, Ehrwürdige Brüder, werden auf der Warte stehen, damit keiner aus dem Klerus in die Fallstricke jener neuen und trügerischen Wissenschaft gerate, die mit Christus nichts gemein hat, und die mit blendenden Scheinargumenten den Irrthümern des Rationalismus und Semirationalismus Eingang zu verschaffen sucht. Vor diesem warnte schon der Apostel den Timotheus, indem er

<sup>1)</sup> Ibid.

<sup>2)</sup> Gal. II, 20.

<sup>3)</sup> Philipp. I, 21.

<sup>4)</sup> Ephes. IV, 3.

<sup>5)</sup> I. Tim. V, 22.

<sup>6)</sup> Ibid.

runt<sup>1)</sup>. Hoc tamen non impedimur quo minus laude dignos existimemus illos e sacerdotibus junioribus, qui utilium doctrinarum studia, in omni sapientiae genere, persequuntur, ut inde ad veritatem tuendam atque osorum fidei calumnias refellendas instructiores fiant. Veruntamen celare haud possumus, quin etiam apertissime profitemur, primas nos semper delaturos iis qui, quamvis sacras humanasque disciplinas minime praetereunt, proxime nihilosecius animorum utilitatibus se dedant, eorum procuratione munerum, quae sacerdotem deceant divinae gloriae studiosum. *Tristitia nobis magna est et continuus dolor cordi* Nostro<sup>2)</sup>, quum cadere etiam in aetatem nostram conspicimus Ieremiae lamentationem: *Parvuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis*<sup>3)</sup>. Non enim de clero desunt, qui, pro cuiusque ingenio, operam forte navent rebus adumbratae potius quam solidae utilitatis: at verum non adeo multi numerentur qui, ad Christi exemplum, sibi sumant Prophetae dictum: *Spiritus Domini unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, praedicare captivis remissionem et coecis visum*<sup>4)</sup>.

Quem tamen fugiat, quum homines ratione maxime ac libertate ducantur, religionis disciplinam potissimam esse viam ad Dei imperium in humanis animis restituendum? Quot plane sunt qui Christum oderunt, qui Ecclesiam, qui Evangelium horrent ignoratione magis quam pravitae animi! de quibus iure dixeris: *quaecumque ignorant blasphemant*<sup>5)</sup>. Idque non in plebe solum reperire est aut in infima multitudine, quae ideo in errorem facile trahitur; sed in excultis etiam ordinibus atque adeo in iis, qui haud mediocri eruditione ceteroqui polleant. Hinc porro in plerisque defectus fidei. Non enim dandum est, scientiae progressibus extinguere fidem, sed verius inscitia; ut idcirco ubi maior sit ignorantia, ibi etiam latius pateat fidei defectio. Quapropter Apostolis a Christo mandat est: *Euntes, docete omnes gentes*<sup>6)</sup>.

Nunc autem, ut ex docendi munere ac studio fructus pro spe edantur atque in omnibus formetur Christus, id penitus in memoria insideat, Venerabiles Fratres, nihil omnino esse caritate efficacius. *Non enim in commotione*

schrieb: „Bewahre, was dir anvertraut ist, indem du die verwerflichen Neuerungen in Reden und die Gegensätze der fälschlich so genannten Wissenschaft meidest, zu welcher sich einige bekant haben und so vom Glauben abgefallen sind“<sup>1)</sup>. Das hindert Uns jedoch nicht, denjenigen aus dem jüngeren Klerus Unsere Anerkennung auszusprechen, welche nützliche Studien auf irgend einem Gebiete der Wissenschaft betreiben, um sich dadurch mehr zur Verteidigung des Glaubens und zur Widerlegung der gegnerischen Einwürfe zu befähigen. Freilich können Wir nicht verhehlen, wollen es vielmehr offen aussprechen, daß in Unseren Augen diejenigen am höchsten stehen, welche, ohne die Pflege der heiligen wie der weltlichen Wissenschaft zu vernachlässigen, dennoch in erster Linie sich der Seelsorge widmen durch Ausübung der Werke, wie sie sich ziemen für einen von Begeisterung für die Ehre Gottes entflammten Priester. „Große Trauer und beständigen Schmerz tragen Wir in Unserem Herzen“<sup>2)</sup>, wenn Wir sehen, daß auch auf unsere Zeit die Klage des Jeremias paßt: „Die Kleinen verlangten Brot, und es war niemand, der es ihnen brach“<sup>3)</sup>. Im Klerus fehlt es nicht an solchen, die, ein jeder nach seiner Anlage und Neigung, einer Beschäftigung von mehr scheinbarem als wirklichem Nutzen obliegen; aber es dürften wohl nicht zu viele gezählt werden, die nach dem Beispiel Christi sich das Wort des Propheten zur Richtschnur nehmen: „Der Geist des Herrn ist über mir; darum hat er mich gesalbt und mich gesendet, den Armen das Evangelium zu verkünden, zu heilen, die zerknirschten Herzens sind, den Gefangenen die Erlösung zu verkünden und den Blinden das Gesicht“<sup>4)</sup>.

Weil aber die Menschen sich vornehmlich durch Erkenntnis und Freiheit leiten lassen, so ist zweifellos der Religionsunterricht der hauptsächlichste Weg, um die Herrschaft Gottes in den Herzen der Menschen wieder aufzurichten. Wie viele gibt es, die Christum hassen, von der Kirche und dem Evangelium sich abwenden, mehr aus Unwissenheit als aus Bosheit! Von ihnen läßt sich mit Recht sagen: „Was sie nicht kennen, lästern sie“<sup>5)</sup>. Diese Beobachtung macht man aber nicht bloß in den unteren Schichten der Bevölkerung, die sich leicht in die Irre führen lassen, sondern auch bei den gebildeten Ständen und sogar bei solchen, welche auf anderen Gebieten eine bedeutende Gelehrsamkeit besitzen. Daher stammt bei den meisten der Abfall von Gott. Denn es kann nicht zugegeben werden, daß durch den Fortschritt in der Wissenschaft der Glaube ersticke, sondern vielmehr durch den Mangel an Kenntnis; je größer daher die Unwissenheit, desto ausgedehnter der Abfall vom Glauben. Darum erhielten die Apostel von Christus den Auftrag; „Gehet hin und lehret alle Völker“<sup>6)</sup>.

Damit nun die Ausübung des Lehramts die erhofften Früchte trage und in allen „Christus gestaltet werde,“ dürfen wir, Ehrwürdige Brüder, nie vergessen, daß nichts wirkungsvoller ist als die Liebe: „Nicht im Erdbeben ist

<sup>1)</sup> I. Tim. VI, 20 s.

<sup>2)</sup> Rom. IX, 2.

<sup>3)</sup> Thren. IV, 4.

<sup>4)</sup> Luc. IV, 18—19.

<sup>5)</sup> Iud. II, 10.

<sup>6)</sup> Matth. XXVIII, 19.

*Dominus*<sup>1)</sup>. Allici animos ad Deum amariore quodam conatu, speratur perperam: quin etiam errores acerbius increpare, vitia vehementius reprehendere damno magis quam utilitati aliquando est. Timotheum quidem Apostolus hortabatur: *Argue, obsecra, increpa*; attamen addebat: *in omni patientia*<sup>2)</sup>. — Certe eiusmodi nobis exempla prodidit Christus. *Venite*, sic ipsum alloquutum legimus, *venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos*<sup>3)</sup>. Laborantes autem oneratosque non alios intelligebat, nisi qui peccato vel errore tenebantur. Quanta enimvero in divino illo magistro mansuetudo! quae suavitas, quae in aerumnosos quoslibet miseratio! Cor eius plane pinxit Isaias iis verbis: *Ponam spiritum meum super eum; non contendet neque clamabit; arundinem quassatam non confringet et linum fumigans non exstinguet*<sup>4)</sup>. — Quae porro caritas, *patiens et benigna*<sup>5)</sup> ad illos etiam porrigatur necesse est, qui sunt nobis infesti vel nos inimice insectantur. *Maledicimur et benedicimus*, ita de se Paulus profitebatur, *persecutionem patimur et sustinemus, blasphemamur et obsecramus*<sup>6)</sup>. Peiores forte quam sunt videntur. Consuetudine enim aliorum, praeiudicatis opinionibus, alienis consiliis et exemplis, malesuada demum verecundia in impiorum partem translata sunt: attamen eorum voluntas non adeo est depravata, sicut et ipsi putari gestiunt. Quidni speremus christianae caritatis flammam ab animis caliginem dispulsuram atque allaturam simul Dei lumen et pacem? Tardabitur quandoque forsitan laboris nostri fructus; sed caritas sustentatione nunquam defatigatur, memor non esse praemia a Deo proposita laborum fructibus sed voluntati.

Attamen, Venerabiles Fratres, non ea Nobis mens est ut, in toto hoc opere tam arduo restitutionis humanarum gentium in Christo, nullos vos clerusque vester adiutores habeatis. Scimus mandasse Deum unicuique de proximo suo<sup>7)</sup>. Non igitur eos tantum, qui sacris se addixerunt, sed universos prorsus fideles rationibus Dei et animorum adlaborare oportet: non Marte utique quemque suo atque ingenio, verum semper Episcoporum ductu atque nutu; praeesse namque, docere, moderari nemini in Ecclesia datur praeter quam vobis, *quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei*<sup>8)</sup>. — Catholicos homines, vario quidem consilio at semper religionis bono, coire inter se societatem, Decessores Nostri probavere iamdiu bonaque precatione sanxerunt. Institutum porro egregium Nos etiam laudatione Nostra ornare non dubitamus, optamusque vehementer ut urbibus agrisque late inferatur ac floreat. Verumenimvero consociationes

der Herr“<sup>1)</sup>. Die Herzen durch eine strenge Behandlung zu Gott hinführen zu wollen, ist eine vergebliche Hoffnung; ja, wenn man die Irrtümer zu scharf geißelt oder die Fehler zu heftig tadelt, schadet man oft mehr als man nützt. Der Apostel ermahnt allerdings den Timotheus: „Tadel, beschwöre, schilt“; aber er fügt bei: „in aller Geduld“<sup>2)</sup>. — Christus ist hier unser Vorbild. „Kommet,“ so sagt er, „kommet zu mir alle, die ihr mühselig und beladen seid, ich will euch erquicken“<sup>3)</sup>. Unter den Mühseligen und Beladenen verstand er diejenigen, welche in Irrtum und Sünde verstrickt waren. Welche Sanftmut in unserem göttlichen Meister, welche Milde, welche Barmherzigkeit gegen alle Notleidenden! Sein Herz wird von Isaias so schön geschildert mit den Worten: „Ich lege meinen Geist auf ihn; er wird nicht zanken und nicht lärmen; ein geknicktes Rohr wird er nicht zerbrechen und einen glimmenden Docht nicht auslöschen“<sup>4)</sup>. — Diese Liebe „geduldig und milde“<sup>5)</sup>, muß sich auch auf diejenigen erstrecken, die uns feindselig sind oder uns verfolgen. „Wir werden geschmäht, und wir segnen,“ so bekannte von sich der heilige Paulus; „wir werden verfolgt und wir leiden es geduldig; wir werden gelästert, und wir beten“<sup>6)</sup>. Sie scheinen vielleicht schlimmer als sie sind. Durch ihren Umgang, durch Vorurteile, durch Wort und Beispiel anderer, durch falsche Menschenfurcht sind sie zum Anschluß an unsere Gegner wieder verleitet worden; jedoch ihr Wille ist nicht so verdorben, wie sie selbst glauben machen möchten. Warum sollten wir also nicht hoffen, die Flamme der christlichen Liebe werde die Finsternis aus ihrem Herzen verschrecken und ihnen zugleich das Licht und den Frieden Gottes bringen? Manchmal wird vielleicht der Erfolg unserer Bemühung sich verzögern; aber die Liebe wird durch Warten niemals ermüdet, indem sie weiß, daß der Lohn von Gott nicht für den Erfolg, sondern für den guten Willen verheißen ist.

Bei dieser schweren Aufgabe der Zurückführung des Menschengeschlechtes zu Christus sollet aber ihr, Ehrwürdige Brüder, und euer Klerus nicht ohne Helfer sein. Einem jeden hat Gott Pflichten gegen seinen Nächsten auferlegt<sup>7)</sup>. Also nicht bloß die Priester, sondern alle Gläubigen insgesamt sollen tätig sein für die Ehre Gottes und das Heil der unsterblichen Seelen, natürlich nicht jeder einzelne nach eigenem Plane und Gutdünken, sondern immer unter der Leitung und nach Anweisung der Bischöfe; denn zu regieren, zu lehren, zu leiten, steht niemanden in der Kirche zu als euch, „die der Heilige Geist gesetzt hat, die Kirche Gottes zu regieren“<sup>8)</sup>. — Daß katholische Männer zu verschiedenen Zwecken, aber immer zum Besten der Religion, Vereine bilden, haben unsere Vorgänger längst gebilligt und durch warme Empfehlungen befürwortet. Auch Wir sprechen solchen Bestrebungen unsere Anerkennung aus und wünschen sehr, daß sie in Stadt und Land sich ausbreiten und gedeihen.

<sup>1)</sup> III Reg. XIX, 11.

<sup>2)</sup> II Tim. IV, 2.

<sup>3)</sup> Matth. XI, 28.

<sup>7)</sup> Eccli. XVII, 12.

<sup>4)</sup> Is. XLII, 1 s.

<sup>5)</sup> I Cor. XIII, 4.

<sup>6)</sup> Ibid. IV, 12 s.

<sup>8)</sup> Act. XX, 28.

eiusmodi eo primo ac potissimum spectare volumus, ut quotquot in illas cooptantur christiano more constanter vivant. Parum profecto interest quaestiones multas subtiliter agitari, deque iuribus et officiis eloquenter disseri, ubi haec ab actione fuerint seiugata. Postulant enim actionem tempora; sed eam quae tota sit in divinis legibus atque Ecclesiae praescriptis sancte integreque servandis, in religione libere aperteque profitenda, in omnigenae demum caritatis operibus exercendis, nullo sui aut terrenarum utilitatum respectu. Illustria eiusmodi tot Christi militum exempla longe magis valitura sunt ad commovendos animos rapiendosque quam verba exquisitaeque disceptationes; fietque facile ut, abiecto metu, depulsis praeiudiciis ac dubitationibus, quamplurimi ad Christum traducantur provehantque ubique notitiam eius et amorem; quae ad germanam solidamque beatitatem sunt via. Profecto si in urbibus, si in pagis quibusvis praecepta Dei tenebuntur fideliter, si sacris erit honos, si frequens sacramentorum usus, si cetera custodientur quae ad christianae vitae rationem pertinent; nihil admodum, Venerabiles Fratres, elaborandum erit ulterius ut omnia in Christo instaurentur. Neque haec solum coelestium bonorum prosecutionem spectare existimentur: iuvabunt etiam, quam quae maxime, ad huius aevi publicasque civitatum utilitates. His namque obtentis, optimates ac locupletes aequitate simul et caritate tenuioribus aderunt, hi vero afflictioris fortunae angustias sedate ac patienter ferent; cives non cupiditati sed legibus parebunt; principes et quotquot rempublicam gerunt, quorum *non est potestas nisi a Deo*<sup>1)</sup>, vereri ac diligere sanctum erit. Quid plura? Tunc demum omnibus persuasum fuerit debere Ecclesiam, prouti ab auctore Christo est condita, plena integraque libertate frui nec alienae dominationi subiici; Nosque, in hac ipsa libertate vindicanda, non religionis modo sanctissima tueri iura, verum etiam communi populorum bono ac securitati prospicere. Scilicet *pietas ad omnia utilis est*<sup>2)</sup>; eaque incolumi ac vigente, *sedebit reapse populus in plenitudine pacis*<sup>3)</sup>.

Deus, *qui dives est in misericordia*<sup>4)</sup>, hanc humanarum gentium in Christo Iesu instaurationem benignus festinet; *non enim volentis opus neque currentis, sed miserentis est Dei*<sup>5)</sup>. Nos vero, Venerabiles Fratres, *in spiritu humilitatis*<sup>6)</sup>, quotidiana et instanti prece id ab eo contendamus ob Iesu Christi merita. Utamur praeterea praesentissima Deiparae impetratione: cui conciliandae Nobis, quoniam has litteras die ipsa damus, quae recolendo Mariali Rosario est instituta; quidquid Decessor Noster de octobri mense Virgini augustae dicando edixit, pu-

Indessen sollen derartige Vereinigungen hauptsächlich darauf sehen, daß alle ihre Mitglieder stets ein christliches Leben führen. Es liegt wenig daran, vielerlei Fragen scharfsinnig zu erörtern und über Rechte und Pflichten in beredter Weise zu sprechen, wenn die praktische Tätigkeit dabei außer acht gelassen wird. Praktisches Handeln fordert unsere Zeit, aber ein solches, welches in der gewissenhaften Beobachtung der Gebote Gottes und der Kirche besteht, in dem offenen und mutigen Bekenntnisse des Glaubens, in der Ausübung aller Arten von Liebestätigkeit, ohne Rücksicht auf sich und irdische Vorteile. Die herrlichen Beispiele so vieler Streiter Christi besitzen viel mehr Gewalt, die Herzen zu bewegen und fortzureißen, als Worte und kunstvolle Reden, und leicht kann es geschehen, daß gar viele die Menschenfurcht abwerfen, Vorurteile und Zweifel von sich weisen, zu Christus zurückkehren und überall seine Kenntnis und Liebe verbreiten, die der Weg zum wahren und echten Glück sind. Fürwahr wenn in Stadt und Land Gottes Gebote treu beobachtet werden, wenn die Religion in Achtung steht, wenn die Sacramente oft empfangen werden, wenn alles andere beachtet wird, was zu einem christlichen Leben gehört, dann, Ehrwürdige Brüder, bedarf es keiner weiteren Anstrengung mehr, um alles in Christo zu erneuern. Und man glaube nicht, es führe dieses bloß zur Erlangung himmlischer Güter; es bringt auch Nutzen, und zwar sehr großen, für dieses irdische Leben und für das Wohl der Staaten. Denn ist jenes erreicht, dann werden die Vornehmen und Reichen mit Billigkeit und Liebe den Armen beistehen, diese hingegen ihre drückende Lage mit Ruhe und Geduld ertragen; die Bürger werden nicht ihren Leidenschaften, sondern den Gesetzen gehorchen; man wird es als Pflicht ansehen, die Fürsten und Lenker der Staaten, deren „Gewalt nur von Gott stammt“<sup>1)</sup>, zu ehren und zu lieben. Endlich werden dann alle die Ueberzeugung hegen, daß die Kirche, wie sie von Christus gestiftet ist, ihre volle und ungeschmälerte Freiheit besitzen müsse und keiner anderen Gewalt unterworfen sein dürfe, und daß Wir, indem Wir für diese Freiheit eintreten, nicht bloß die heiligen Rechte der Religion in Schutz nehmen, sondern auch das Wohl und die Sicherheit der Völker im Auge haben. Denn „die Frömmigkeit ist zu allem nützlich“<sup>2)</sup>, und wenn sie unbehindert ihre Kraft entfaltet, dann wird in Wahrheit „das Volk in der Fülle des Friedens wohnen“<sup>3)</sup>.

Gott „der reich ist an Erbarmen“<sup>4)</sup>, möge diese Erneuerung des Menschengeschlechts in Christo Iesu beschleunigen; denn sie ist ja nicht ein Werk „des Vollenden, noch des Laufenden, sondern des sich erbarmenden Gottes“<sup>5)</sup>. Wir aber, Ehrwürdige Brüder, wollen „im Geiste der Demut“<sup>6)</sup> täglich in inbrünstigem Gebete um der Verdienste Jesu Christi willen sie von Gott erbitten. Nehmen wir auch unsere Zuflucht zu der stets uns bereitstehenden Fürsprache der gebenedeiten Gottesmutter; ihre mütterliche Liebe wollen wir uns sichern, und weil Wir gerade am Rosen-

<sup>1)</sup> Rom. XIII, 1.

<sup>2)</sup> I. Tim. IV, 8.

<sup>3)</sup> Is. XXXII, 18.

<sup>4)</sup> Ephes. II, 4.

<sup>5)</sup> Rom. IX, 16.

<sup>6)</sup> Dan. III, 39.

blica per templa omnia eiusdem Rosarii recitatione, Nos pariter edicimus et confirmamus; monentes insuper ut deprecatores etiam adhibeantur castissimus Dei Matris Sponsus catholicae Ecclesiae patronus sanctique Petrus et Paulus apostolorum principes.

Quae omnia ut rite eveniant et cuncta vobis pro desiderio fortunentur, divinarum gratiarum subsidia uberrime exoramus. Testem vero suavissimae caritatis, qua vos et universos fideles, quos Dei providentia Nobis commendatos voluit, complectimur, vobis, Venerabiles Fratres, clero populoque vestro apostolicam benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die IV. octobris MCMIII, Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. X.

franzfeste dieses Schreiben erlassen, so erneuern und bekräftigen Wir die Vorschrift Unseres Vorgängers, daß der Monat Oktober der allerseiligsten Jungfrau geweiht werden soll durch öffentliches Rosenkranzgebet in allen Kirchen, indem wir zugleich empfehlen, den heiligen Joseph, den reinen Bräutigam Mariä und Patron der ganzen Kirche, sowie die heiligsten Apostelfürsten Petrus und Paulus um ihre Fürbitte eifrig anzurufen.

Damit alles dieses in rechter Weise geschehe und alles sich nach euren Wünschen erfülle, sehen Wir inständig um den Beistand der göttlichen Gnade. Als Zeuge der väterlichen Liebe, mit welcher Wir euch und alle Uns durch Gottes Vorsehung anvertrauten Gläubigen umfassen, erteilen wir euch, Ehrwürdige Brüder, eurem Aleris und eurem Volke von ganzem Herzen im Herrn den Apostolischen Segen.

Gegeben zu Rom bei St. Peter am 4 Oktober 1903 im ersten Jahre unseres Pontifikates.

Papst Pius X.

Indem wir vorstehend die erste Enzyklika Sr. Heiligkeit des Papstes Pius X. aus Anlaß der Übernahme des hohen Amtes zur allgemeinen Kenntnis bringen, geben wir den hochwürdigen Pfarrämtern anheim, dieses päpstliche Rundschreiben von der Kanzel zu verlesen oder sonst in geeigneter Weise dessen Inhalt in der Predigt zu verwerten.

Freiburg, den 2. November 1903.

Erzbischöfliches Ordinariat.